



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis
Iesv instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Ipris Flandrorum, 1612

20. Verborum Ignatij mira in tractandis flectendisque hominum animis
efficacitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45048

sed statutum Dei, ut omnibus fieret
inimici potestas apertior, & sancti qui
eum exturbabat victoria clarior.

C A P V T X X.

*Verborum Ignati mira in tractandis fle-
ctendisq; hominum animis efficacitatem.*

Nec verò solùm in dæmones, sed
netiam iuanimis hominum qui-
buscum agebat hanc diuinitus aucto-
ritatem visus est accepisse. Fuit enim
vis illa mirabilis, quam Deus eius ora-
tioni tribuit, quæ humana maior ap-
parebat, animosque permouebat non
eloquentia verborum, sed spiritus re-
rumque quas tractabat grauitate. Itaq;
homines duros & obfirmatos mol-
liebat vt ceram, adeoque flectebat, vt
seipso & suam mutationem miraren-
tur. Molestias & angores duobus s̄epe
verbis leuabat, ex animis & gritudines
depellebat, iacentes excitabat, eisque
pacem & securitatem dabat.

Iudæus quidam Isaac nomine, fidei
mysteriis imbuēdus dominostræ mo-
rabatur, quia Christiana sacra ample-
sti

Eti decreuerat ille die quopiam tanta
vi oppugnatus fuit à demone , vt
velut furiosus & amens abire velle se
diceret , nullumque cum sacris fidei
nostræ mysteriis habere cōmercium.
Pater hominem vocandum ad se cu-
rauit, eique tantummodo dixit : Isaac
mane nobiscum , qua voce ille furen-
tem subito mitigauit ; & leo ferus in
mitem agnum conuersus est, domiq:
remansit, dum sacro fonte tingeretur.

Ioannem Paulum vnum è fratribus
Patris nostri socium , ita diabolus ali-
quando vexauit , inanique scrupulo
dies noctesque stimulauit & punxit,
vt vix spiritum ducere , animi certè
quiètem inuenire nusquam posset; nō
oratione , non studio pœnitentiæ , non
sacramentorum vſu , nō quæ sitis aliun-
de remediis recreari , tanto denique
in luctu versabatur , vt viua mortis
imago esse videretur. at ubi rem cum
B. Patre communicauit , is duobus tan-
tummodo verbis vſus , omnem veluti
manu molestiam ei non ademit so-
lum , sed ita radicitus euulsit , ac si nun-
quam eā laborasset. Alium noui , cuius
nomen

nomen (quoniam viuus adhuc est) tacitus prætereo, qui adolescens admodum, nescio quo casu, tanto timore perculis est, ut vel umbram suam formidaret mox vero ut hanc perturbationem & inanem metum B. Patri commemorauit, uno illius verbis propria animi serenitatem & aquitatem recepit.

Huic ipsi & alia duo contigerunt quæ clarissime demonstrarunt quantum robur serui sui verbis Deus addisset, quamque flexanima esset eius oratio apud eos qui illius sermone congressuque vterentur. Primum ita pertinax hic adolescens aliquando fuit, ut salutaria Patris consilia proflus respueret, idem tamen mox unica eius grauiore compellatione sic flexus est, ut abiecta omni cunctatione exclamaret, *Faciam Pater, faciam.* Promissioni respondit euentus, eo quod admirabiles quos sentiebat animi motus amplius sibi obsistendum non putaret. Alterum est, quod hic idem cogitaret & penè constituerat à Societate desicere, ut vero confessione B. Patri totius

totius vitæ noxas aperuit, illeq. dixit:
Obsecro te ne ingratus in eum sis, qui
in te tanta beneficia contulit, omnem
subito eiusmodi deliberationem sus-
tulit hominemque ita confirmauit, ut
in cœpro vitæ instituto permanere de-
cerneret, in quo etiamnum laudabili-
ter perseverat, neque deinceps vñquā
eiusmodi cogitatione pulsatus est.

Alia huius generis multa commemo-
rare possemus, quamobrem P. Frans-
ciscum Borgiam virum è sanctitate
& prudentia quâ omnes notunt, re-
ferre memini; Pater Ignatius, inquit,
loquebatur tanquam potestatem ha-
bens, eaque vi preditus, ut animos
hominum quamcunque in partē vel-
let, impelleret. Narrat D. Bernardus,
Sanctum Malachiam Episcopum do-
muisse feminam natura ferocem &
iracudam, suoque iudicio maius illud
fuisse miraculum, quām cū idem
mortuam luci restituit: in altero si-
quidem hominem exteriorem, in al-
tero verò interiorem excitarat ad vi-
tam. Hæc beati illius viri sententia.

C A-

Ber-
nard
in vita
Mala-
chii.